Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



49

quam cuã uerbũ nomine significari. λ ὁ Assentio. λ ὁ Potesne dicere. excepto eo qd diuerse sentiunt et sonant. qd inter se differant. λ ὁ Possũ fortasse. nã id esse uideo qd paulo ante diximus. Verba enim cũ dicimus omne qd articulata uoce cũ aliquo significatu proferũ significamus. Unde omne nomen. & ipsũ cũ dicimus nomen uerbũ est. et ñ omne uerbũ nomen est. quãuis nomen sit cum dicimus uerbũ. λ ὁ Quid si quisquã ubi affirmet & pbet. ut omne uerbũ nomen. ē. ita omne nomen uerbũ esse. potesne inuenire. qd distent preter diuersũ in literis sonũ. λ ὁ Non potuo. nec omnino distare aliqd puto. λ ὁ Qd si omia que uoce articulata cũ aliq significatu proferuntur. & uerba sunt & nomina. sed tamen alia de causa ũba. & alia de causa nomina sunt. nichil ne distabit inter nomen & uerbũ. λ ὁ Quom istud sit non intelligo. λ ὁ Hoc saltẽ intelligis. omne coloratũ uisibile esse. et omne uisibile coloratum. quãuis hec duo uerbũ distincte differenter q significent. λ ὁ Intelligo. λ ὁ Quid si ergo ita et omne uerbũ nomen. & omne nomen uerbũ est. quãuis hec ipsa duo nomina uel duo uerba. idest nomen et uerbũ differentẽ habent significationem. λ ὁ Iam uideo posse accidere. sed quom id accidat expecto ut ostendas. λ ὁ Omne qd cum aliquo significatu articulata uoce prorumpit. animaduertis ut opinor et aure uerberare. ut sentiri. et memone mandari ut nosci possit. λ ὁ Animaduerto. λ ὁ Duo ergo quedã conungunt. cũ aliq d tali uoce pferimus. λ ὁ Ita est. λ ὁ Quid si horũ duorũ ceuno appellata sunt ũba. et altero nomina. Verba scilicet ãuerberando. nomina uero anoscendo. ut illud primũ ab auribus. hoc autẽ sedm abanimo uocari meruerit. λ ὁ Concedam cũ ostenderis quom recte possumus omnia ũba nomina dicere. λ ὁ Facile est. nã credo ut accepisse ac tenere p nomen dictum quod p ipso nomine ualeat. rẽ tamen notet. minus plena significatione quã nom. nã ut opinor ita definiuit ille quem